



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis  
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev  
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

VIII. Ivo negat de Pontifice judicium suscipiendum, nisi à fide aberraret. Si quid tamen ab eo decernatur incommodum Ecclesiæ Gallicanæ, synodos cujusquæ provinciæ id correcturas, salva reverentia ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15591**

## & Imperij Lib. IV. Cap. VIII.

225

Hadriani I. Gregorio & Theophylacto anno D C C L X X X V I I . Hæc sunt verba sub finem capituli quarti : *Sa ademus ut synodalia edita universalium sex Conciliorum , cum decretis Pontificum Romanorum , sepius legitentur , observentur , & juxta eorum exemplar Ecclesiæ status corrigitur , ne quid novi ab aliquibus introduci permittatur , ne sit schisma in Ecclesia Dei .* Eo sensu schismatis vocem usurpaverat Hincmarus de Drogone verba faciens , qui privilegio sibi contra regulas à Sergio Pontifice concessò abstinuit , ne schisma in sanctam Ecclesiam introduceret , id est , ne dissidium inter Episcopos Gallicanos & sedem apostolicam foveret , rescriptum per obrepitionem adversus canones elicitum urgendo . Hac significatione Ivo timebat ne schisma inter regnum & sacerdotium oriretur ob divisionem episcopatus Noviomensis . Inde etiam est quod opinionem eorum qui investituras episcopatum à laicis factas tuebantur , non quidem hæreticam , sed schismaticam esse dicit , utpote decretis Conciliorum Romanorum contrariam .

V I I . Illustrior autem evadet tota isthæc disceptatio de retinendis antiquis canonibus , si paulò accuratiùs inspiciamus quis esset Ecclesiæ Gallicanæ sensus in causa Paschalis Papæ & Henrici Imperatoris , ob contentionem investiturarum , quas Principibus ademerant Gregorius V I I . & Urbanus II . pluribus Conciliorum definitionibus . Earum restitutionem , per summam vim , novo privilegio à Paschali II . extorserat Henricus Imperator . Quod privilegium Guido Archiepiscopus Viennensis & apostolicæ sedis Legatus in Concilio Viennensi è Germanicis Episcopis composito damnavit anno M C X I I . ejusque Concilij confirmationem à Paschali petivit , insolenti contestatione adjecta : *Si vero , quod minime credimus , aliam viam aggredi cœperitis , & nostra paternitatis assertiones predictas roboretur nolueritis , propitius sit nobis Deus , quia nos à vestra subditione & obedientia repellentis .* Modestius se in hac quæstione gestarunt Gallicani Episcopi ; ac præcipue Ivo , Canonici Iuris callentissimus , qui Paschalem monendum putabat ut factum suum retractaret . sin abnueret , temperandum quidem ab illo judicando , sed sententiam evangelicam sequendam , quæ servanda docet illa quæ dicarent Scribe & Pharisæi , qui super cathedram Moysi fedebant , sed ab eorum operibus abstinentem . *Vult enim hæc sententia , inquit , precepta presidentium ad cathedram pertinentia obedienter impleri , etiam si tales sint quales erant Pharisæi , non eos factiosæ conspiratione à suis sedibus removeri . Si vero ea precipiant quæ sint contra*

*doctrinam evangelicam vel apostolicam , ibi non esse eis obediendum , exemplo docemur Pauli Apostoli , qui Petro sibi prædato non recte incendi ad veritatem Evangelij , in faciem resistit , non tam abjectus . Itaque ad summum , secundum mentem Iwonis , parendum non est decretis quæ ad cathedralm non pertinent , id est , quæ privilegio B. Petri non nituntur , quæ non sunt regulariter & secundum ministerium apostolicæ sedis , ut verbis Hincmari & Synodi Tricastinæ utar . Communio autem Pontificis & ejus obedientia non est repellenda , ut male placuit Concilio Viennensi habito à Guidone , eo prætextu quod opinionem de investituris retinendis hereticam judicaret , & contrâ Ivo schismaticam tantum censeret .*

V I I I . Eandem sententiam Ivo alibi sequitur , cum evocatus in Concilium à Ioanne Lugdunensi Archiepiscopo ad Paschalis factum illud discutiendum , loco indicto se distere noluit , nec convenire ad illa Concilia <sup>Ivo ep. 23e</sup> in quibus non possumus , inquit , eas personas contra quas agitur condemnare vel judicare , quia nec nostro nec ullius hominis probantur subjacere iudicio . Quibus verbis egregie confirmat , quod supra ostendi , constantem fuisse Gallicanæ Ecclesiæ sententiam , Papæ personam nullius iudicio subjici , nisi à fide mani <sup>Vide supra lib. 1. cap. 2.</sup>

festissimè aberraret . Hanc à Bonifacio Moguntino allatam olim exceptionem sequitur Ivo in hac epistola , his verbis : *Principales Ecclesiæ claves nolumus sua potestate privare , quæcumque persona vices Petri habeat , nisi manifeste ab evangelica veritate discedat .* Enimvero licet honorificentissime de Pontificum dignitate & auctoritate senferit ; tamen Ecclesiæ Gallicanæ commodis suis prospeturam docet synodorum provinciarum decreta ; quibus juxta Augustinum quod poterit corriget , vel quod corrigere non poterit , salvo pacis vinculo excludet , vel quod salvo pacis vinculo excludere non poterit , æquitate improbabit , firmitate supportabit . Observandum verò ex Iwonis sententia liberum fuisse non solum universæ Ecclesiæ Gallicanæ , sed singulis Metropolitanis , salvâ reverentiâ Ecclesiæ Romanæ , novum illud decretum pro investituris , superioribus aliquot Conciliis Romanis contrarium rejice re . Hæc dicentes , id est , afferentes Pontificem non esse deponendum ob novum illud rescriptum , non tollimus , inquit , quin possint quique Metropolitani Episcopos secundum jus antiquum convocare , provincialē synodum salva reverentiâ Romana Ecclesiæ celebrare . Et mox : His catholicorum patrum terminis contenti , que possumus secundum decreta patrum , salvo vinculo pacis corrigerem volumus : que autem corrigerem non possumus , usque ad messem , si necesse sit .

Ff

*Guido (episcopus Coloniae [L.] ) in Concilio Viennæ .*

*Circa . Mallæc . ad an. 111. Viennæ . ne Coloniae fuit . uti rescriptum est .*

*Refectio . illa in Concilio Viennæ .*

*is .*

*Domino docente, tolerare decrevimus. Deinde Paschalem excusat, si necessitate cogente, ad vitandam populi stragem, prudenter rigorem decreti remisit.*

[Eiusdem argumentum extat epistola Hildeberti Cenomanensis in tomo i v. Spicilegium Dacheriani, quam nos olim dabimus emendatiorem in nova quam paramus editione epistolarum ac reliquarum lucubrationum illius Episcopi.] Steph. Baluzius.

*privilegium apostolica sedis et de re praecesserat.*

X. Lex ista videtur contraria constitutioni Innocentij III. que admittit ad beneficia undecunque natos. Innocentij constitutio aqua est in sua specie. Veteri iure, Episcopi eligendi est clericis cuiusque civitatis. Fus illud ex parte resumendum lege Caroli, ut saltem in regno petantur. Discrepant deducit ex illa constitutione.

C A P V T I X.

### Synopsis.

I. Initio seculi decimoterii Ecclesia Gallicana incepatur Libertates suas, solo diffensu. Conventus Bituricensis contradixit mandatis Romani Cardinalis, de collatione duarum praebendarum in unaquaque Ecclesia. Ea de causa Legatus absimit ab executione mandati.

*II. Eodem seculo Lincolniensis Episcopus his collationibus non consensit. Ejus rationes; & contradicitione aliena à contumacia. Clausula. Non obstante, iuncto invalescere cōpīt.*

*III. Non admissis quoque rescriptis illis, Galli iura sua tuebantur, Olim Clerici à Pontificibus commendati. Deinde adjuncte sunt mina excommunicatioeum. Initium hujus coactionis circa tempus Lucy III.*

*IV. Episcopi Gallicani in his angustiis patrocinium regium implorarunt. Tuitionis regie pro custodia castorum nondum erat deleta memoria in tertia dynastia ut probatur ex Ivone. Eam tuitionem à B. Ludovico expopserit Ecclesia Gallica, ad conservanda iuris Collationum, & iuri dictiōnem, adversus novitates cui rei Ludovicus profexit suo Edicto.*

V. Inde est quod Philippus IV<sup>m</sup>, monuit Clementem  
et ministerium Episcoporum impedire in causa Tem-  
plariorum. Se, salvo sacramento suo, id tolerare non  
posse.

*VI. Quod explicandum est de sacramento presito tempore inaugurationis regie. Ejus antiqua formula, qua promittitur conferatio privilegi canonici, à Philippo. Que ducta videtur à formula concepta ab Hincmaro. Ea dicta est olim perdonatio, non sacramentum Imperatores C P. Spondebant fidei & canonum custodiā.*

*VII. Iure collationum & electionum sublati per Reservationes & Gratias expectativas, regium auxilium imploratur ad Ecclesias Gallicanas ad eorum restitucionem, Carolus VI. ius antiquum adversarii novitates Edictis suis ea in parte restituunt, & magistratibus suis executionem committit.*

VIII. Decreta Basiliensis confirmata lege regia, cuius executio mandata iudicibus regis, qui conuentu plebiter. Comitia regni praesidium Libertatum Ecclesie Gallicane à solo Rege expectandum fatentur anno millesimo quadragesimo nonagesimo tertio Reges prospexitse canonum restituitioni, lege generali, & iunctu magistris exequendi cura. Quod probatur Editis B. Ludovici & Caroli VI. & VII.

*IX. Aliquando Reges ex officio novitates adversus  
mores receptos repellebant, si ex iis detrimentum regni  
sequeretur. Id factum a Carolo V I I, lege data, quae  
extraneos a beneficiis removebat. Renente Papa his  
incommodis consulere, imperio suo id egit. Nullum*

**P**ER STABAT adhuc idem usus in Gal-  
lia anno M C C X X V I . per solum dif-  
fensem Regis , Episcoporum , & Procerum ,  
Libertates suas tuente Ecclesia Gallicana ,  
Cum enim Romanus Cardinalis Concilium  
illius Ecclesiae Biturigibus coegerisset , ut Al-  
bigensium & Comitis Tolofani negotiis  
prospiceretur , re illa confecta , de releva-  
tione duarum præbendarum in unaquaque  
Ecclesia vel monasterio , arbitrio Summi  
Pontificis Romanis Clericis conferenda-  
rum , cum Episcopis & Abbatibus agere  
voluit . Sed Procuratores Capitulorum (qui-  
bus abeundi copiam Legatus fecerat , quasi  
Concilio soluto , ne intercessionibus suis om-  
nia turbarent ) cum eo graviter expostula-  
runt , quod mandatum Papæ in Concilio  
non exposuerit , ipsis presentibus , quorum  
maxime intererat : Legatum rogant ut ab ea  
re persequenda temperet , quæ absque gravi  
scandalio & omnium offensione effectui tra-  
di non posset , & cui renitantur non solum  
Episcopi , sed etiam Rex ipse , & proceres  
regni . Aliam esse rationem Galliarum &  
longè diversam à ceteris regnis . In illis enim  
mandatis Papæ decretam fuisse Præbenda-  
rum reservationem , sed in Gallicana Eccle-  
sia , rem istam adeo insolitam , totius regni  
consensu indigere . Retulit Matthæus Paris  
Procuratorum suggestionis his verbis .

Procuratorum luggitionem his verbis: *Vnde rogamus in Domino ne istud scandalum oriatur per vos in Ecclesia Gallicana, scientes quod sine maximo scando & inestimabili danno non posse hoc ad effectum perdici. Quia esto quod aliquis assentires, nullus esset ejus assensus in rebus que omnes sanguini; cum fecerit omnes maiores, & generaliter omnes subditos, necnon & ipse Rex, & omnes Principes, parati sint contradicere & resistere usque ad capitinis expositionem & omnis honoris privationem; præserim cum videatur imminere propter hoc scandalum subversio regni & Ecclesia generalis. Ratio autem nostræ timoris est, quod cum ceteris regnis non habuistis rationem, & quibusdam Episcopis præcepitis & Abbatibus ut cum præbende vacaverint, ad opus Domini Pape reseruent. Literis Pontificis palam lectis, quibus duarum præbendarum collatio retinebatur, Legatus præceptis ex hacustis, persuadere conatus est Concilio sed cùm nihil obtinere posset, inò vero Procuratores Capitulorum sapienter monerent*